


**TOWARZYSTWO NAUKOWE PŁOCKIE
BIBLIOTEKA IM. ZIELIŃSKICH**



**PRAWA REPRODUKCJI ZASTRZEŻONE
COPYRIGHT RESERVED**

**Disputatio breuissima de
 immaculata Cōceptione
 virginis gloriose In flo-
 rentissimo studio lipztensi Die martis post festū
 sancte Lucie virginis in scholis iuristarū publice
 facta et p̄nunciata. Anno dñi 2̄c·lxxxix.**

Hain * 3768

Gw 5083

Quam ista altricatio scz an beata et gloriofissima virgo sit pcepta in peccato originali Ante longa tpa inter fratres pdicatores ⁊ minores exorta hys diebus In hoc florentissimo studio liptzensi sit reassumpta Et cū diue memorie papa Sixtus p quandā bullā declarauerit. neutra dicte altricatiois pte ab ecclesia hucusq; approbatā. et vnusquisq; quā velit pte tenere ⁊ in ea saluari poss; ⁊ q tenēs vnā ptem. aliā tanq̄ heresim sub excomunicatiois late sentēcie pena p̄empnare nō debeat. vnde cū sancta romana ecclesia neutra priuate altricationis ptem doceat sequi vti ex dicta bulla constat Et ideo vnusquisq; absq; sue aie piculo ptem affirmatiuā aut negatiuā tenere poterit iuxta nōta p glo. notabilē in vbo docuit in c. 7. de sū. tri. li. vi. Ea de re quā ptem seu opinionē ego tanq̄ iurista teneo. subijciā p hoc tamē in nullo alteri pti seu opinionē p̄iudicare volēs Ad cui⁹ altricatiois euidentiā premitto q̄ peccatū originale quo ad ppositū nō sit aliud nisi quedaz macula seu sordes que contrahit ab origine dūmodo aia cōrpori hūano infundit Nā cū corpus hūanuz p inobedientiā ⁊ peccatū primoz parentū sit corruptum Ex tali corruptione cōtrahit quedam macula seu sordes et pronitas ad peccādū dū ipsa aia cōrpori infundit ⁊ qdam reat⁹ seu obligatio ad penā eternā prout nōt Anno. ⁊ cōmu. doct. post eū in c. Maiores. §. v. de baptis. circa quod vi. glo. notabilē in ca. ij. de pse. dis. iij. An aut beata et gloriofissima dei genitrix sit pcepta in eo peccato originali et sic an eius sanctissima anima ab origine et sic eo momēto quando fuit a deo creata et suo cōrpori humano infusa eandem maculā ⁊ pronitatem peccādi et reatū seu obligationē ad penā eternam contraxerit Et primo videt̄ dicendū q̄ sic per tex. in c. firmissime de cōse. dis. iij. et est tex. beatissimi augustini de fide ad petrū vbi dicitur firmissime tene ⁊ nullaten⁹ dubites omnē hominē qui p cōcubitū viri ⁊ mulieris cōcipit cū peccato originali nasci. Preterea inter pceptionē domini nostri fili dei et conceptiōz

beatissime virginis eius matris debet ob domini reuerentia;
 fore differentia cum equū sit inter creatoꝝ et creaturā esse dif-
 ferentiam. vnde si diceret virginē beatam sine peccato origi-
 nali conceptam. tūc nulla foret differentia. s̄fortificat hoc idē;
 Nam dominus noster filius dei descendit de celo et passus est
 pro salute omniū nostrum et tocius humani generis. Si nūc
 beata dei genitrix foret sine peccato originali concepta. tūc nō
 egiisset redemptione. et sic dñs noster filius dei pro eius salu-
 te de celo non descendisset nec passus fuisset. Et hec sunt mo-
 tiua iudicio meo prout mihi ad presens occurrit pro parte af-
 firmatiua potissima. Sed in contrariū videtur q̄ immo be-
 ata et gloriofissima dei genitrix nō sit concepta in peccato ori-
 ginali. Nam scdm̄ beatum Hieronymū in epistola ad pau-
 lū ⁊ Eustochiū de assumptione beate virginis Nihil nobilius
 neq̄ splendidius post deum q̄ beata virgo. Preterea scdm̄
 Anselmum. Deicit beatam virginem ea puritate nitere
 qua sub deo non possit maior intelligi. vnde si foret concepta
 in peccato originali tunc beatissima virgo non esset post deū
 nobilior et purior. cū adam et eua essent puriores et nobilio-
 res. Item legitur in canticis Lota pulchra es amica mea et
 macula non est in te. Si nūc beata vgo fuisset cepta in pec-
 cato originali tunc fuisset in ea macula. cum per peccatū ori-
 ginale maxima contrahitur macula et maxima pena seu ob-
 ligatio ad penam eternam vt supra. Preterea Sicut lilium
 inter spinas sic amica mea inter filias. que verba fuerūt ad de-
 notandam excellentiam et quandam specialitatem et singula-
 ritatem siue prerogatiuam de gloriofissima dei genitrice dicta.
 Nunc si esset concepta in peccato originali prout omnes alie
 filie ade sunt cepte. tunc nulla daretur singularitas neq̄ p̄-
 rogatiua in beata virgine. cum dicta verba ad designandam
 quandam prerogatiuam et specialitatem de ea beata virgine
 sunt prolata. Corroboratur hoc idē per rationes quas bea-
 tus Augustinus in suo tractatulo seu opusculo de assumptio-

ne beate virginis adducit. pro hoc videlicet quod ipsa gloriosa virgo fuerit corpore et anima assumpta. Nam eadem rationes militant et locum sibi vendicant etiam pro hac parte et opinione. Preterea cum sanctus Johannes baptista et sanctus Hieremias propheta legantur in utero matris sanctificati. Sed cum beata et gloriosissima dei genitrix omnibus sanctis post deum gloriosum sit sanctior purior sublimior et excellentior secundum beatum Hieronymum ut supra. Et est textus in c. Noua quedam in fi. de peniten. et remiss. et ideo decuit ut ipsa etiam pro sancto Johanne baptista et sancto Hieremia privilegiaretur. cum persone sublimiores maioribus sint prerogatiuis et privilegiis honorande c. de multa infi. de preben. et ita decuit ipsam a domino et creatori nostro filio dei qui ex ea nasci et carnem suscipere voluit. a peccato originali in sua conceptione preseruari. ut sic ipsa in hoc pro alijs sanctis in utero matris sanctificatis. tanquam omnibus sanctis post deum sublimior et excellentior. specialius honoraretur et privilegiaretur. Et hanc partem seu opinionem teneo et amplector potissime pro rationes subsequentes. Prima ratio Nam datis opinionibus contrarijs illa pars seu opinio est imitanda que est humanior. id est rationabilior et equior. ut probat tex. coniunctis notatis per hosti. et Jo. an. et doct. communiter. in c. ij. de cogna. spiri. Sed humanius ratio nabilius et equius videtur quod beata et gloriosissima dei genitrix in peccato originali non sit concepta. et sic quod fuerit pro domino et creatori nostro filium dei qui ex ea nasci voluit ab eodem peccato preservata. cum nulli dubium quin deus gloriosus qui pariter honorari precepit. suam matrem benedictam ut esset suum tabernaculum omnino sanctum et immaculatum in hoc singulariter honorauerit. Ad enim fuit humanum. equum et rationabile. ut summum bonum. et sanctum. sanctorum. ac creator omnium matrem haberet omnino sanctam et immaculatam et sic ab omni sorde labe et reatu peccati originalis preservata. Secunda ratio Nam in scripturis sanctis et canonicis. iste sunt anteferende seu proponende que ab omnibus recipiuntur.

tur ecclesijs eis quas quedā ecclesie non accipiūt. In hijs ve
 ro q̄ nō recipiunt ab om̄ib⁹. p̄ponende sunt ille que a plurib⁹
 recipiūt. vt est tex. notabilis in c. in canonib⁹. xix. dist. S; cū
 quasi om̄es ecclesie. paucissimis demptis hāc scripturā q̄ asse
 rit beatā ⁊ gloriofissimā dei genitricē sine peccato originali cō
 ceptā accipiāt eā sequētes. vtz p̄ experientia que rez ē magi
 stra. c. quā sit de elect. in vi. Videm⁹ em̄ quasi p̄ om̄es puin
 cias et dioceses metropolitanas Cathedralis collegiatis et
 parrochiales ecclesias Ac mōasteria oim̄ ordinū. paucissimis
 vt sup̄. demptis Ne dū in germania S; etiā in italia. frācia
 et anglia. 2c. hoc festū p̄ceptionis inuiolate v̄ginis tanq̄ cele
 berrimū coli et celebrari et eā p̄tem sequi ⁊ imitari. immo ad
 min⁹ eandē p̄tem sequūt plures ecclesie q̄ aliā. vti docz experi
 entia. Igit̄. 2c. Tertia ratio Nā illa tanto dignioza sūt imi
 tatione. quāto excellentioza sūt pietate. vt est tex. nōbilis in c.
 sana ix. dist. Et sūt verba beatissimi augustini in eplā ad ca
 sulanū. et ita ista sūt seq̄nda que maiorē sapiūt pietatem S;
 cū hec ps seu opinio q̄ beata et glorioza dei genitrix nō sit in
 peccato originali concepta. sed p̄seruata maiorē sapiat pieta
 tem. q̄ asserere cōtrariū. cū maius pium sit hoc credere ob
 dei om̄ipotentis reuerentiā et honorē. et sue matris benedicte
 singularem p̄zerogatiuā q̄ contrariū. igit̄ 2c. Non obstat di
 ctus canon firmissime de pse. dist. iij. quia beatus Augustin⁹
 tractans ibi de peccato originali dando regulam. Non vide
 tur includere sed magis excludere virginem gloriozam Nāz
 cum ipse in alio loco credo in libro de natura et gracia dicat.
 q̄ quociens de peccato loquatur. tunc dominum nostrum fi
 lium dei. et eius matrem pro exceptis et exclusis haberi velit.
 et ideo vt scripture concordentur scripturis prout esse debet.
 cum scripture sint concordande scripturis sicut iura iuribus
 vt in c. Cum expediat de elect. li. vi. Ob id dicendum q̄ a re
 gula in dic. canone tradita. beata virgo sit excepta et exclusa.
 et sub ea regula nō comprehendat̄ Simile in c. Omnis etas

xij. q. i. vbi dicitur. qd omnis etas ab adolescentia sua propria
sit ad malum. Et ita dictus canon etiaz generaliter loquitur
Sed quis dubitet gloriosam dei genitricem ab eadem gene-
ralitate fuisse et esse exceptam. cum ipsa nunq peccauerit neq
peccare potuit. vt notatur in c. ij. de conse. dist. iij. Nec est in-
conueniens immo dignu et rationale. qd beatissima virgo ob
sui ingentissimam dignitatem et ineffabilem preeminentiam a lege
comuni in dic. c. firmissime traditam excipiat. Quia persone ex-
cellentes a penis generalibus excipiantur et ob sui honorem et excel-
lentiam sub dispositionibus generalibus non prohibentur iuxta ea
que leguntur et notantur in l. moris. § iste. et in l. Capitalium. §
non omnes. et § serui ff. de penis et in l. Honor. l. e. ti. et in l.
desertorem. §. i. ff. de re. mili. et in c. Quia quidam de iure iuran.
promeruit enim hoc singularis sanctitas eius et singularis
gracia qua susceptione dei singulariter existimando est digna
Non immerito excipitur a quibusdam generalibus vera esti-
matione quam tanta conseruat gracia. et attollit dignitatis
prerogatiua scdm beatum Augustinum in dicto opusculo de
assumptione beate virginis Ad quod facit c. Quauis ple-
nissime de preben. in vi. vbi sub dispositione generali. ecclesia
cathedralis ob sui honorem non includitur. ad idem c. Quia
periculosum de senten. excommu. e. li. Vel potest responde-
ri scdm dominos theologos hanc partem tenentes qd dictus
canon firmissime loquatur de conceptione communi Secus
autem in conceptione priuilegiata. Ad scdm motiuum par-
tis affirmatiue Dicendum est qd nihilominus inter concep-
tionem domini nostri iesu christi. et sue genitricis maxima fue-
rit differentia. Dominus enim et creator noster filius dei se-
ipsum ex sui natura et diuinitate et propria virtute preserua-
uit immo cum sit omnipotens nullum omnino peccatum per-
petrauit nec perpetrare potuit de peniten. dist. ij. § caritas. et
notatur in c. i. In verbo omnipotens de summa trini. Sed
beata virgo fuit preseruata a peccato originali. A domino

deo per gratiam et ob singularem prerogatiuam et excellen-
 tiam Ad tertium et ultimum est respondendum quod cum deus
 nus et creator noster deus gloriosus filius dei de celo descen-
 dere et ex beata virgine carnem suscipere et in carne pati
 et crucifigi pro nostrum omnium et totius generis huma-
 ni salute voluerit et ideo eandem suam matrem benedictam
 ut foret sibi tabernaculum omnino immaculatum ab eodem
 peccato originali preseruauit quod si de celo descendere et ex
 ea nasci voluisset eandem a peccato non preseruasset. Unde
 eius gloriosa passio profuit beate virgini quia ob eandem su-
 am passionem subeundam carnem ex ea assumpsit et ob id
 eam a peccato originali preseruauit eidem etiam plenitudinem
 sue gratie infundendo. Adeo quod nullomodo peccare potuit
 ut notatur per glo: in preallega. c. ij. de consecra. dist. iij. Et
 istam partem videlicet quod gloriosa dei genitrix non sit conce-
 pta in peccato originali. Sed singulariter preseruata. Ego
 tanquam iurista sentio et teneo. Determinatione tamen sancte
 matris ecclesie et sedis apostolice semper salua Nec debeam
 reprehendi pro eo quod per hec verba breuissima de hoc articulo
 disputauerim Nam licet cuicumque laico sub excommunica-
 tionis pena publice aut priuatim de fide disputare sit inhibi-
 tum ut in c. ij. §. inhibemus de hereti. in vi. Tamen hoc pro-
 hibitum est illitterato secundum unum intellectum. Vel secundum ali-
 um ordinato in clericum non est inhibitu. Sed laico Unde
 cum sim clericus sub dicta prohibitione non comprehendor
 Illud tamen non premitto quod volens tenere partem affirma-
 tiuam prout vnusquisque potest ex quo neutra partium per ec-
 clesiam vniuersalem extitit approbata. Debet illud facere ci-
 tra omnem iniuriam et indiscretionem. et maxime ab huius-
 modi iniuria seu alia indiscretionem debet abstinere. Is qui ver-
 bum dei predicat et annunciat ut in c. sit rector xliij. dis. vbi
 dicitur quod rector seu predicator debeat esse discretus et quod incau-
 ta locutio in errorem pertrahat. Preterea discretio omni-

ut utū est mater c. f. d. offi. custo. Immo ipse p̄dicator ver-
bi dei debet esse pudicus vt moribus et verbis pudorem ins-
desinenter exhibeat vt eadem distinctione in principio vbi eti-
am subiungitur q̄ p̄dicatores comparentur turturi Et hoc
ideo sc̄dm archidi. ibi propter pudicitiam quā ipsi p̄dicato-
res in omnibus debent obseruare cuz turtur sit animal val-
de pudicum. mortua enim compari nunq̄ alteri copulatur
sc̄dm ipsum archidi. ibi. Ad idem facit quod notatur p̄ glo-
in c. fi. de maio. et obe. Ubi notatur q̄ magister seu doctor
debet esse humilis et benignus auditoribus. et humiliter doce-
re non cum austeritate et impatientia Et illud nota contra
plures p̄dicatores contrarium obseruantes et male Et tā-
tum breuissime de predicta altricatione Alia circa hanc ma-
teriam dicenda Dominis theologis Ad quos p̄ncipaliter
iste punctus et articulus pertinet relinquo Ad laudem dei et
sue immaculate matris Amen: 22



XV, 4